

est nitor, ut imagines reddant ceu specula.

De gemmis per. D. E. G.  
ordinem.

- Diadoch.** ¶ Daphniam Zoroastres & Orchastres morbis comitialibus demonstrant. Diadochos beryllo similis est. Diphris duplex candida ac nigra, mas ac foemina. gentile utriusque sexus distinguente linea. Dionysias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis. Quae ex aqua trieta, saporem uini facit, & ebrietati resistere putatur. Draconites siue draconias e cerebro fit draconum, sed nisi uiuentibus abscisso, nunquam gemmascit, inuidiam animalis mori se sentientis. Igitur mos est, ut dormientibus animalibus caput amputent. Sotacus, qui uisam eam gemmam sibi apud regem scripsit. bigis uehi quereutes tradit, & uiso dracone spargere somnifica medicamenta, atque ita precidere. Esse autem candore translucido, nec postea poliri. aut arte admittere. Encardia cognominatur & Cardisce. Vna in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodem nomine uiridi colore, cordis speciem repraesentat, Tertia nigrum cor ostendit, reliqua sui parte candida, Enorchis candida est, diuisaque fragmentis testium effigiem